

4194.

1347 d. 29 Juni.

Olof Laurensön, f. d. förvaltare af kungsgården Barkarö, testamenterar  $4\frac{1}{2}$  örtugland i Mushälla, Himmets socken, Åkerbo härad, till Juleta kloster, der han begär brödraskap, och gifver fasta på gåfvan.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum inspecturis Olauus laurenzson preuisor quondam curie domini regis berkarnæ salutem in domino sempiternam. Et quia varii sunt humane fragilitatis euentus et terminus mortis cunctis incertus sit considerans et aduertens et quod humana memoria cum lapsu temporis labi solet ideo necesse decerno dubios casus certis rationibus preuenire cum consensu heredum meorum et omnium michi attinencium affinitate seu consanguinitate beniuolencia et pura deliberacione ob meorum remissionem peccaminum. et salute [o: -tem] animarum mei consortisque prioris dilecte nomine Elene sanus et incolumis testamentum meum condo et ordino in hunc modum. Domino abbati et conuentui monasterioque in julutum quatuor solidos terre cum dimidio in muzhellum. parochia himitum. in akerbohundare. cum omnibus suis pertinenciis infra sepes et extra. prope seu remocius in sicco et humido stricte supposito vocabulo cum omnibus mobilibus et immobilibus ad eandem terram adiacentibus pure et simpliciter confero perpetuo possidendam (!) renuncians omni iuri cum predictorum heredum meorum consensu. possessionis et proprietatis quod michi competit vel exnunc competere possit aliqualiter in eadem. et memoratos dominum abbatem et conuentum eorumque successores in possessionem ipsius perpetuis temporibus auctoritate presencium introducens. meque in eorum fraternitatem dummodo vixero et in morte et ad participacionem tam temporalium quam spiritualium que per eos diuina clemencia fieri promiserit in prosperis et aduersis. secundum obedienciam regule sancti benedicti. offero pariter et astringo. huius vero donacionis mee et firmissime voluntatis testes fuerunt isti. discreti et honesti viri. Dominus nicholaus prepositus et curatus in midhaker. Dominus iohannes korpe curatus in broo. Dominus iohannes curatus in malmum. Martinus in eknun. Fromuldu. Fulcho diekn. cum aliis XII confirmatoribus dictis fastæ. Videlicet. domino ingeualdo in himitum. haraldo in nordhanwegh. nanoluo in valdhum. Anundo in stiklinge. jllæ ibidem. Olauo ibidem. olauo in danaby. Laurencio in danaby. Nicholao ibidem. petro in thuetum. Nicholao ibidem. iohannes ibidem. In premissorum igitur firmiorem euidentiam. Sigillum venerabilis in christo patris domini Egisli. Episcopi arosiensis. et sigilla discretorum et honestorum virorum. domini nicholai prepositi et curati in midhaker.

Martini in eknun. Laurencii olafson in aarbughum rangwidi in arbughum. vna cum sigillo meo presentibus sunt appensa. Datum anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup> VII. die beatorum apostolorum petri et pauli.

Sigillen: N. 1, 2, 4 borta, remsorna kvar; N. 3, Martin Olafssons (lilja); N. 5, Rangvids (bomärke); N. 6, "S. Olavi Lafrencii" (en upptill klufven lilja ur hvilken uppstiger en rak stjelk med blad).

### 4195. 1347 d. 30 Juni—5 Juli.

STYRGER Bonde säljer en gård i Græfvinsäng i Näfvelsjö socken till Greger i Frösryd, i öfverensstämmelse med Tiohärads lag.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus styrgerus bonde salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi me discreto viro gregorio in frøsryþ curiam meam græuinszæng in parochia naflossyo sitam cum omnibus adiacenciis agris. pratis jnfra sepes. pro pleno precio. empcionis tytulo secundum leges decem prouinciarum cum fastis legaliter dimississe (!) et apropriasse perpetue possidendam. transferentem a me meisque heredibus omnibus. in eundem gregorium suosque heredes plenum proprietatis ius et dominii. dandi. vendendi. commutandi seu alio quocunque modo voluerit rite ac libere pro suis vsibus ordinandi In cuius rei testimonium sigilla nobilium dominorum domini nicholai thurisson militis. domini johannis in frøiaryþ vna cum sigillo meo presentibus sunt appensa Datum anno domini MCCCXLVII<sup>o</sup> jnfra octauas apostolorum petri et pauli.

Sigillen: N. 1 borta, remsan kvar; N. 2, (en sexuddig stjerna och en halfmåne, utan sköld); N. 3, ---"yrgheri Ra"----- (sköld med ginbalk, otydlig).

### 4196. 1347 d. 6 Juli.

SIGGE, åbo på Juleta klostres gård Berga, lofvar att det byte han med förra Abboten Henrik i Juleta uppgjort, hvarigenom klostret erhållit  $\frac{1}{2}$  öreländ i Bie och 6 penningland i Kalfsta mot 18 penningland i Walafalla, skall obrottsligen ega bestånd, sedan nu varande Abboten Enar och Konventet för honom gått i borgen, med anledning af det mord han begått på ofvannämnda gård Berga, och för hvilket han erlagt böter.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Nouerint vniuersi presencium inspectores me siggonem nunc villicum in berghum curia monasterii in julutum cum reuerendo patre domino henrico condam Abbate in prefato monasterio julutum et conuentu ibidem ex consilio dilecte vxoris mee. liberorum. consanguineorum et amicorum fecisse con-